Prima pars de hiis que [illegible] imperator [illegible] facere cum ecclesia
Romana. Querimonia [illegible] ipsius sub forma [illegible] [illegible]

Collegerunt pontifices et pharisei consilium [illegible]
et in unum adversus principem Romanum dominum convenerunt quid
faciamus inquiunt quia hic homo de hostibus sic triumphat si
sic ipsum dimittimus omnem subiciet gloriam Lumbardorum et
et more Cesareo veniens non tardabit ut tollat nobis et locum aufe-
rat et destruat gentem nostram. Vineam autem domini Sabaoth a-
liis locabit agricolis et nos absque iudicio perdet obstinatos
ergo principis ne forte scintilla tenuis in flammam transeat
destructionem et morbus quidem fistulare incipiens non abusive
quousque perveniat in medullas. Sepe enim vix ferus ignis ex-
tinguitur et morbo salubri tempore non adhibita medicina
Ad illos ergo huius sermones principis attendentes percutiamus
acriter ipsum lingua nec sagitta nostra plus lateat sed prodeat
ut feriat sic feriat quod ledat sic ledatur ut iaceat sic prostratus
ut amplius non resurgat et tunc clare videbimus si sua som-
nia prosint illi. Super cathedram Moysi sedentes hec scribe et pha-
risei sic moti sunt contra Romanum principem oberrantes quia ante
tores sancti sunt et iudices apte iudicium subvertunt. Tantum illorum
malicia sic intus egit quod penitus obcecavit quod via prorsus
exempta insontem et iustum principem ligaverunt sed audite
mirabilem tam gloriosi principis ligatum. Iste pater pa-
trum qui dicitur servus servorum dei omni prorsus exclusa iusticia
a factus est aspis surda non admittens Romani principis
allegata. Nam velut lapis qui desursum iacitur sic cum
sit cito malum [illegible] ac velut omnino respuens impetus vere
consilium quod se ipsum se ipsum [illegible] respuit viam pacis. Sed
qui Christi vicarius diceris et Petri successor piscatoris quare
accensus furore refugis id per quo rex omnium induit for-
mam servi. Dic ergo quid resurgens a mortuis dixit primo
discipulis ille magister omnium magistrorum. Non inquit arma et
scutum sumite nec vel gladium sed pax vobis. At qui
gloriaris in malicia qui solus [illegible] dicis [illegible] et do-
lus quod aliud non pacem [illegible] dicit angelicus et tu
agnus dei. Ut quid ille mirabilis regis etiam filius cor-
porali presencia discessurus tunc reliquit discipulis cum
rediit verum venit esse pax et dilectio sunt illa duo que
plus tenere voluit post discessum. Ergo si Christi vicarium et
Petri te asseris successorem a prorsus et Petri vite
non discedas. Sed actus concordet actibus et campanis inhe-
reat Galileo. Istud autem [illegible] tunc nos turbat quod fide-
lium puritatem quod Petrus omnibus relictis et rete sequitur
veritatem voluit viam vite qui tamquam omnia possidens
et nil habens ad thesaurum celestis patrie ardenter aspirabat
tu vero tamquam nil habens tota possidens contra os quod devo-
res et devoras nec sedatur per aliquam tuam [illegible] ven-
triglutum quia tibi non sufficit orbis terre. Petrus autem ut
legitur ad portam veniens speciosam nec argentum
nec aurum habeo dixit claudo. Tu vero si forsan incipit
acrius pecunie nummi quem adoras statim cum claudo
claudicas querens aurum que sunt mundi. Sed qui Christi [illegible]
te predicas tamquam pastor esse paupertatem cur refu-
gis quod hortaris querens ut copules aurum auro
In hoc ergo non restat [illegible] dominus quod ut summi ponti-
ficis predicacio contemplatur de celo. Namque si verum recolo
descendit lintheum sic Petrum cum surge et manduca dictum
est dum oraret qui cum in mundum comedere voluit diu
in quibus esset esurie stimulatus. Tu vero ad hec ve-
nis ut comedas [illegible] vasis et cyphis argenteis scep-
tum est bibo bibis cuius ubi precium sic [illegible] in men-
sa repetis et post cibum quasi raptus ad celum tamen
ebraice grece latinis latine postea autem repleta sunt
ventris iniquitas et stomachus usque ad summum ei-

tur. Sic pecunias ventrem estimas te sedere tunc Romanam
sedem ipsum tunc afferunt munia regis terre tunc ven-
mirabiles facit exercitus tunc sumunt [illegible] plorat ge-
mat ecclesia quod pastor gregis domini factus est lupus ra-
pax et unum quidem de grege comedens confractum
non alligat et dissolutum ad propria non reducit. Sed
velud amator scismatis caput et auctor scanda-
li pater doli contra iura Romani principis et honorem tuetur
hereticos dei quidem et hominum Christi fidelium inimicos omni
prorsus altissimi timore postposito et hominum verecundia
retroiecta sed ut possit libere melius cordis nequiciam exe-
qui predictos eius hostes fovet ut protegit sub quadam spe-
cie pietatis asserens se Lumbardis ad hoc tantum ferre sub-
sidium in hac parte ne Cesar contra illos cedat ut iudicet
plus perquam requirat series sui iuris. Sed dolose vulpis astu-
cia numquam in hac falles ingenium venatoris ac qui re-
gis regem intende singularis dominici gregis pastor dic
quare est hoc quod curabat ut legitur infirmos a morbis
validis umbra Petri tu enim ad hoc solum tamquam
vir sanguinum vigilas ut facta strage viventium san-
guis innoxius effundatur non est enim Romanam pontificis
cui pascere dictum est oves meas ut illas quidem mor-
tificet quarum pastor et caput dicis dux et conservator. Istud
quidem considerans nec voluntas vel favor exprimat
ut et verum quod ille rex terrestrium et celorum mitis dominus
conversando nil prorsus habere voluit cum terrenis. Sed docendo
discipulos beatos pauperes spiritu vocavit. Tu vero tamen ha-
bens in terris proprium et commune terrenis mitis horrea
thesaurizas sed proh dolor quod thesauros esse dico ut
numquam mensis iugis egenorum. Sed ut testatur augusta
in audisti domum sic mirabilem sicut regia solis erat
oblitus prorsus inopie Petri qui dudum non habuit non
rete. Et ex primus est. Illa nostra. Ierusalem mater nostra effuso
sanguine patrum voluit et occidi iacet ancillaria canibus
et tributaria Sarracenis. Et tu Christi vicarius in hac do-
mus non curas quod unica dolet hereditas ad alios devolu-
ta. Sedet enim deserta civitas plena populo et gentibus spe-
ciosa. Et omni quidem antistitis omni solacio destit-
uta fundens rivos amaritudinis que mel et lac
fundere consuevit. Vox eius ut vox turturis que
per cantum dat gemitum viduata plorat amarie velut
Rachel filios suos quos in templo suo non videt sab-
bata [illegible]. Assidue regem regum Romanum expectat
principem captivitatis sue fiduciam et suum extimi
redemptorem. Tu autem hostis heredes ipsius. Illuc ne
times lapis offensionis et petra scandali manus te-
re semitas conturbasti ne Cesar ille mirabilis mundi
lumen et speculum sine ruga succurrat more Cesareo
terre dei. Defendis heredes perdicionis filios tene-
bris audire potius et nimio verbum illud. Error cui non
resistitur approbatur et nec est immunis non ei auctor oc-
culte societatis scrupulo qui manifesto facinori de-
sinit obviare. Ad te ergo iuste nec opponas te prin-
cipi iuris esse defensori. Sed attende et cogita quod Sil-
vestro per dudum paupertimo latenti tunc temporis in ca-
na reddit ut decuit tamen vir sacri magnificencia
Constantinus qui curatus a lepre vicio dedit esse quod
libertatis habet hodie vel honoris. Sed Silvestri succes-
sor male reddit hodie numquam enim dimit-
tis septuagesies septies sic etiam filius dixit S
Petro. Qui non vis insonti [illegible] parcere instante
veniam postulanti autem cum dicat apostolus omnis
potestas a deo est. Et qui potentiam resistit divine po-
tencie contradicit [illegible] ergo. Ad summum [illegible]